

S. ISID. PELES.

123. Escis libido crescit; ciborum saturitas, carnis luxuriam suscitatur: edacitatis vitio crescit carnis tentatio. Lib. 2, *Synonyma*, cap. 4.
124. Non ad luxuriam vel ad satietatem, sed tantummodo, ut corpus sustentetur, epulis est utendum. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 42, sent. 5.

123. Cibandus est venter, ut animam contineat, non ut corrumpat. *Ibid.*
126. Qui nimium cibis utuntur, quanto magis ventrem pascent, tanto amplius sensum mentis obtundunt. *Ibid.*

127. Libidinis ignes, ciborum fomite incrementum. *Ibid.*, sent. 7.

138. Qui in abundantia epularum est, ardentis divitis intenda supplicium, ejus tanta in inferno inter ignes erat inopia, quanta hic epularum fuerat copia. *Ibid.*, sent. 8.

129. Non qualitas ciborum, sed eorum cupiditas est cavenda. *Pros.*

130. Nam sepe accuratus preparata sine gula concupiscentia degustantur, et sepe abjecta et vilia edendi cupiditate sumuntur.

131. Sieque fit ut non sit in culpa ciborum qualitas, sed illud reputetur in vitium, quod cum desiderio degustatur. *Ibid.*, sent. 12.

S. ISID. HISP.

132. Per continentiam purgari non sustinet, qui ciborum suavitates ac delicias querit. Lib. 1, epist. 220, *Pelusiensis Monachis*.

133. Superflua cibi sumptio, non esus est, sed saturitas est, et appellatur. Lib. 1, ep. 383, ad *Philagrium*.

S. JUSTIN. MART.

134. Victus non ad voluptatem referendus est, sed ad vivendi alicujus utilitatis causa voluntatem. Ep. ad *Zenam*.

S. LEO I.

135. Quotidiano experimento probatur, ciborum nimietate vigorem cordis hebetari. Serm. 8, de *Jejunio decimi mensis*.

136. Delectatio edendi, etiam corporum contraria est saluti, nisi ratio temperantiae obsistat illecebre; et quod futurum est oneri, subtrahat voluptati. *Ibid.*

137. Nimietas edacis dedecorat, non cibi natura contaminat. Serm. 4, *Quadragesimae*.

138. Cibos esurientibus apponere, humanae benignitatis est, et socialis animi. *Ibid.*, serm. 88.

S. NILES.

139. Cibus utere non dulcibus, sed salutaribus. *Parvulus*. 18.

140. Cibus vesci natura cogit necessarii homines temperatissimos. *Pros.*

141. Qui vero rectae firmaeque rationi non acquiescit luxuria atque libidine corrumpitur. *Ibid.* in *libro Ascetico*.

142. Ventre ciborum copia libidinis incendium excitante, spiritus nervi dissolvuntur. *Ibid.*

143. Ciborum varietas everit ac diruit virtutum propugnaculum. *Prosec.*

144. Suavitas epim condimentorum, tanquam machina bellica prosteruit munimenta jam a virtute constructa, et firmum ac solidum robur ipsius affigit humi. *Ibid.*

145. Ciborum multitudine mentis splendori caliginem offundit. *Ibid.* Orat. 1, de *Guia*.

146. Comede quantum opus est; neque enim moderatus cibus prohibetur; comede igitur cum gratiarum actione, non autem devora. *Pros.*

147. Malum est homini eruditio ac temperanti, praeterquam opus sit, vesci. Apud D. Joann. Damasc. lib. 1, *Parallel.*, cap. 77.

148. Efficiamur esca Dei, ne simus esca serpentis; edat nos Christus, ne diabolus voret. *Pros.*

149. Cibus Christi esse non possumus, nisi faciamus voluntatem ejus, ut vicissim et ipse nobis cibus fiat. Ep. 4, ad *Severum*.

150. Quidquid sine quo potest vivi, percipitur, non sustentandae vite, sed movendae luxuriae carnis impenditur. Lib. 2, de *Contemp.*, cap. 17.

151. Quanto caro magis foetur per ciborum affluentiam, et deliciarum molliem, tanto hujusmodi concupiscentia crescit. *Opus. de Perfectione spiritualis*, cap. 9.

152. Cibus et potus superflui, esse causa luxuriae. Sup. *Epist. ad Ephes.*, cap. 5.

SENTENTIAE PAGANORUM.

153. Cibi tam nimii, quam pauci valetudinem auferunt: moderati vero faciunt, augent et conservant. Lib. 2, *Ethic. ad Nicomachum*, cap. 2.

154. Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas. Lib. 4, de *Arte Rhetorica*.

155. Cibi condimentum est fames. Lib. 2, de *Finibus*.

156. Tantum cibi adhibendum est corpori, ut reficiantur vires, non opprimantur. De *Senect.*

157. Ne mente quidem uti possumus multo cibo repleti: nec unquam mihi placuit bis in die saturum fieri. Lib. 5, *Tuscul. quest.*

158. Cibos pretiosos non eximus sapor, aut aliqua fancium dulcedo, sed raritas et difficultas parandi facit. De *Consolat.*, ad *Helvidium*, cap. 9.

159. Cupiditati nihil satis est, naturae satis est etiam parum. *Ibid.*

160. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Ep. 2.

161. Cibus adiutorium corporis est. Ep. 88.

162. Vis ciborum voluptatem contemnere? extitum specta. Ep. 110.

163. Nihil praeter cibum natura desiderat. Ep. 119.

164. Ede citra crudelitatem. De *Quatuor virtut.*

165. Victus tibi ex facili sit; nec ad voluptatem, sed ad cibum accede. *Ibid.*

166. Palatum tuum fames exciet, non sapores. *Ibid.*

SIXTUS PEIL.

167. Multi cibi impediunt castitatem, et continentia ciborum immundum facit hominem. Sent. 100.

168. Animantium omnium usus quidem in cibus indifferens est, abstinere vero rationabilibus est. *Ibid.*, sent. 101.

169. Non cibi, qui per os inferuntur, polliunt hominem, sed ea quae ex malis actibus proferuntur. *Ibid.*, sent. 256.

170. Pasce animam tuam verbo Dei, et corpus simplicibus cibus. *Ibid.*, sent. 399.

Vide etiam tit. *Abstinentia*, fere per totum; *Austeritas vitae*, sent. 3; *Caro*, sent. 87; *Immunitas*, sent. 4; *Salus corporis*, sent. 45; *Sobrietas*, sent. 20; *Temperantia*, sent. 4, 17, 23.

CIVITAS.

GLOSS. ORD.

Etymologia. Civitas a conversatione convenitium appellatur. Sup. *Job*, cap. 45, in illud: *habitavit in Civitatibus*.

HUGO CARD.

Civitas dicitur, quasi civium unitas. Sup. *Sapient.*, cap. 9.

S. ISID. HISP.

Cives vocantur eo quod in unum coeuntes vivunt, ut vita communis et ornatior fiat et tutior. Lib. 9, *Etymol.*, cap. 4.

S. THOMAS AQUINAS.

Definitio. Civitas est communitas perfecta. Prima secundae, quest. 90, art. 3.

PLATO.

Civitas est habitatio multitudinis hominum communibus decretis utentium, quae sub eadem lege sunt. De *Definit.*

S. AUGUSTIN.

Civitas est ordinata concordia civium. Lib. 19, de *Civili Dei*, cap. 13.

Quid est civitas, nisi multitudo hominum, in quoddam vinculum redacta concordiae? Ep. 5, ad *Marcellum*.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMER.

1. Nihil prodest muros civitatis munire propugnaculis, et Deum provocare peccatis. *Prosec.*

2. Tunc civitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portae justitiae muniantur. Serm. 88.

S. AUGUSTIN.

3. Duas civitates faciunt duo amores: Hierusalem facit amor Dei, Babyloniam facit amor saeculi; interroget ergo se quisque quid amet, et inveniet unde sit civis. Sup. *Psal.* LXIV.

4. Feecerunt civitates duas, amores duo; terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei; celestem vero, amor Dei usque ad contemptum sui. Lib. 14, de *Civili Dei*, cap. 28.

5. Quam plurimae urbes diu obsesce, nec capias, custodibus somno, vinoque sepultis, ab hostibus patefactae sunt, et incendiis concremate. De *Sobrietate*, cap. 3.

6. Consuetudo vel lex civitatis, nulla civis libidine violetur; turpis enim omnis pars est, suo non congruens universo. Lib. 3, *Confess.* cap. 8.

7. Nihil tam inimicum est civitati, quam injustitia; nec omnino (nisi magna justitia geratur) stare potest respublica. Lib. 2, de *Civili Dei*, cap. 21.

8. Parit cives terrae civitatis, peccato vitata natura; celestis vero civitatis cives parit, a peccato naturam liberans gratia. *Ibid.*, lib. 15, cap. 2.

9. Civitatis mors ipsa poena est, ait Cicero, quae videtur a poena singulos vindicare. *Pros.*

10. Debet enim constituta sic esse civitas, ut aeterna sit.

11. Civitas autem cum tollitur, deletur, extinguitur; simile est quodammodo (ut magnis parva conferamus) ac si omnis hic mundus intereat et concidat. *Ibid.*, lib. 22, cap. 6.

12. Civitatis ornamentum est jejunium. *Concion.* 1, de *Jejunio*.

13. Qualis rector est civitatis, tales inhabitantes. In suis *Proverb.* verbo *Qualis*. Et Petrus Damianus, libr. 8, epist. 2.

14. Misera civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiana sine dubio particeps erit malitiae, et ad novae salutis ortum Herodiana movebitur turbatione. Serm. 3, de *Epiphania*.

15. Inter Babylonem et Hierusalem nulla pax est, sed bellum continuum; habet utraque civitas regem suum, rex Hierusalem Christus Dominus est: Rex Babylonis, diabolus. In suis *Sent.* verbo *Inter*.

16. Absque exercitio fidelium, studioque custodum non potest esse secunda civitas; civitas propter collectionem. Serm. 76, sup. *Can.*

17. Duae sunt civitates; una plena omnibus tormentis, quae est infernus; altera plena omni consolatione, quae est Paradisus. In *Notabili documento*.

18. Civitas parva et iuxta, id est, non a saeculo; in qua Loth ardente Sodoma salvatur, monasterium est. Serm. de *Virginibus*.

19. Duae civitates construantur; unam aedificat Christus, alteram diabolus. *Prosec.*

20. Unam aedificat humilis, alteram superbus.

21. Una humiliatur, ut firmior surgat; altera erigitur, ut infelicitur cadat.

22. In fabrica Christi qui aedificantur, de imis levantur ad summa.

S. BASILIUS MAGNUS.

V. BEDA ET

S. PETR. DAM.

S. BERNARD

S. CESARIUS ARELATENS

23. In fabrica vero diaboli, de summis ad ima precipitantur. Hom. 18.
- CLEM. ALEX. 24. Sanctorum virorum consilii, civitates recte administrantur. Lib. 2, *Stromat.*
25. Res bona est civitas, quae regitur lege, sicut verbo Ecclesia. *Pros.*
26. Res bona est civitas, quae non potest circumscideri, nec opprimi tyrannide. *Ibid.*, lib. 4.
- S. EPHREM. 27. Beata civitas, quae a piis regitur: vae autem civitati, quae ab impiis dirigitur. *de Virtute*, cap. 1.
- GLOSS. ORD. 28. Nisi Magistratus ac subditi philosophentur, certum est non fore fortunatas civitates. *Sup. Escher*, cap. 6.
29. Nobilitas civitatis magis consistit in populo, quam in spatio. *Sup. Michæam*, cap. 5.
- S. GREGORIUS MAGNUS. 30. Mœnia supernae civitatis, nisi humiles non ascendunt. Lib. 17, *Moral.*, cap. 17.
31. Civitatum nomine non immerito veras sunt fidei Ecclesiae designatae, quae in singulis mundi partibus posita, unam catholicam faciunt. *Ibid.*, lib. 16, cap. 23.
32. Quid prodest custodia, quae pene ubique circumponitur, quando inimicis tota civitas per neglectum loci unius aperitur? Hom. 7, *sup. Esch.*
33. Figuram civitatis supernae Salomonis templum gestavit. *Sup. Psalm. 1*, vers. 19.
34. Loth in perversa civitate justus fuit, in monte peccavit. Lib. 6, in *Regist.* indict. 13, cap. 1, 169, ep. 3, *ad Cyriacum episcopum Constanti-nop.*
- S. GREG. NAZ. ET S. GREG. THAUM. 35. Sapientia auxilii in civitate plus potest, quam potentissimorum hominum acies. S. Greg. Naz. *super Ecclesiasten*, cap. 7, et S. Greg. Thaumaturg., *sup. eundem locum.*
36. Sapientiam tanti facio, ut parvam etiam civitatem a paucis habitatam, atque adeo a magno Rege cum exercitu circumsessam, magnam et frequentem existimem, si vel pauperem unum sapientem virum civem habeat. *Sup. Ecclesiast.*, cap. 9.
- S. HIERONYM. 37. Difficile est in maledica civitate, non aliquam sinistrae rumoris fabulam populum contrahere. Ep. 16, *ad Principiam.*
38. Causa desertarum urbium Judæae, oblivio Salvatoris est. Lib. 7, *sup. Isaiam*, cap. 17, in *il-lud. In die illa erunt.*
- HUGO A S. VICTORE. 39. Civitates et oppida non tantum ex situ loci amœnitatem recipiunt, sed etiam ex inhabitantium gratia. Lib. 1, *de Claustro animæ*, cap. 4.
- JOAN. CASS. 40. Quantalibet urbis sublimitate murorum et clausuram portarum firmitate muniatur, posterulae unius quamvis parvissimae, prodicione vastabitur. *Pros.*
41. Quid differt utrum per excelsa mœnia, et ampla portarum spatia, an per angusti cuniculi latibula perniciosus hostis penetrabilis civitatis irrepat? Lib. 5, *de Spiritu Gastrimargis*, cap. 11.
42. Civitas si fuerit scissa, dissolvetur. Hom. 9, *sup. Math.*
43. Civitatis magnitudinem non facit ædificiorum pulchritudo, neque incolarum multitudo, sed inhabitantium virtus. Hom. 33, *sup. Genes.*
44. Caput et summa bonorum civitatis, est inhabitantium bonitas. *Ibid.*
45. Nihil miserabilis est civitate, quae licet prædiis et muris bene sit munita, intus tamen cives loveat proditores. *Ibid.*, Hom. 34.
46. Sancta est civitas, ubi nulla malitia, sed tota concordia; ubi perfecta bonitas, et tota charitas, ubi justitia et plena mansuetudo, ubi temperantia et prudentia regnant. Hom. *sup. Psalm. cxviii.*
47. Civitas non ab ædificiis, sed ab inhabitantibus admiranda redditur. Hom. 4, *de verbis Isaiæ.*
48. Mali in majore civitate deteriores et pejores sunt, quia ibi multæ tumultuum occasiones. Hom. 37, *sup. Acta Apostolorum.*
49. Constat sine pauperibus civitas non potest, quia pauperes civitatibus, velut tutelaria quedam numina sunt. Hom. 34, *sup. 1, ad Cor.*
50. Civitas superno desinita auxilio, solitaria remanet, et omnibus nudata. Hom. 2, *ad Populum Antioch.*
51. Ideo civitatis morum demonstratio, monachorum est testimonium. *Ibid.* Hom. 17.
52. Civitatis dignitas non est quod sit metropolis, neque quod habeat ædificiorum magnitudinem et ornatum, neque quod habeat multas deambulationes, neque quod ante alias civitates prædicetur; sed inhabitantium virtus et pietas, hæc est dignitas et ornatu, et tutela civitatis. *Ibid.*
53. Civitas non habens pios cives, omnium est vilissima, omni villa villior, et quacunq; spelunca ignobilior. *Ibid.*
54. Si christianus es, civitatem non habes super terram; civitatis tuæ opifex, et architectus est Deus. *Ibid.*
55. Virtus sola inhabitantes ornat, et illud est omni civitate venerabilis. *Ibid.*
56. Non civitatis magnitudo, sed animi virtus amœnitatem recipiunt, et munimentum. *Ibid.*
57. Civitas mulieri formosae, et liberæ, et modestæ, similis esse debet. *Ibid.*
58. Cum saltantes in civitate videris, potantes, blasphemantes, jurantes, pejerantes, mentientes, tunc his utere verbis: vae tibi civitas. *Ibid.*

59. Si forum videris paucos habens viros mansuetos et modestos, et moderatos, civitatem illam voca beatam. *Ibid.*
60. Nihil civitatem paucitas hominum ledere poterit, si non desit virtus. *Prosec.*
61. Nihil unquam civitati proderit multitudo, si adsit malitia. *Ibid.*
62. Cum vis civitatis laudem dicere, ne Daphnen suburbanam dicas, ne alitudineru cupressorum et multitudinem, nec aquarum fontes, nec multos homines civitatem habitare, nec venalium copiam habere; sed si dicere possis virtutem, mansuetudinem, elemosynam, orationem, modestiam, animi sapientiam, ex istis civitatem commenda. *Ibid.*
63. Multi in mediis civitatibus ignorati, possunt pro aliis placere Deum, quorumque virtus multorum tegere valet malitiam. Hom. 42, *sup. Genes.*
- S. LAUR. JUST. 64. Non est tuta in urbibus conversatio. Ubi omnium exuberant materia peccatorum, ubi elatio regnat, ubi excrevit livor, ubi risæ conturbant, ubi libido dominatur, ubi divitiæ dilaniant, ubi voluptas blanditur, ubi socialis carnalium colligatio animum effeminat. Part. 1, *de Casto convivio*, cap. 6.
- S. PETRUS CHRYSOLOG. S. THOMAS AQUINAS. 65. Simplicitas civem bonum facit. *Serm. 166.*
66. In qualibet civitate ad hoc ut sit una, quatuor debent esse communia; scilicet unus gubernator, una lex, eadem insignia, et idem finis. *Sup. Ep. ad Ephes.* cap. 4.
67. Virtuosi civis est, ut se exponat mortis periculo pro totius reipublice conservatione. Part. 1, *quest. 60*, art. 5.
68. Impossibile est, ut bonum commune civitatis bene se habeat, nisi cives sint virtuosus, administri illi, quibus convenit principari. 1, 2, *quest. 92*, art. 1 ad 3.
69. Quatuor sunt, quae civitatem summe defendunt, scilicet pax, scientia, amor, et justitia. *Opusc. de Scientiis utilioribus.*
70. Quatuor sunt urbes cæteris præeminentes, scilicet, Parisius in scientiis, Salernum in medicinis, Bononia in legibus, Aurelia in auctoribus. *Ibid.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTELES. 71. In civitate sunt tres species; scilicet, divites, pauperes, mediocres; inter quos optimi sunt mediocres, quia semper medium est optimum. 4. *Politico.*
72. A mulieribus non regitur civitas. *Ibid.*
73. Melius est civitatem regi a viro optimo, quam legi optima. *Ibid.*
74. Nunquam oportet dominum esse sine custodia; sic nec civitatem. *Ibid.* in *Æconom.*
75. Ex quo tempore concordia de civitate subblata est, libertas subblata est, fides subblata est, amicitia subblata est, respublica subblata est. Lib. 4, *de Arte rhetorica, ad Herennium.*
76. Sicut corpus sine mente, sic civitas sine lege. *Orat. 14, pro Cluentio.*
77. Ingratus est, injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum. *Orat. 40, pro Marcello.*
78. Nihil hoc cive tetrius (si vivi habendus est) qui civile bellum concupiscit. *Orat. 55, Philip. 13.*
79. Tetrum spectaculum est, oppressa ab impiis civitas. Lib. *Epist. ad Brutum*, ep. 15.
80. Prudentius urbem Religione, quam ipsis moribus cingitis. Lib. 3, *de Natura Deorum.*
81. Intercessor rei malæ salutaris civis est. Lib. 3, *de Legibus.*
82. Ea est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnes æquitate eadem continere. Lib. 2, *de Offic.*
83. Si ex bonis viris constaret civitas, in ea ita certamin eo cives incumbere ne imperarent, veluti hodie pugnant ut imperent. Lib. 1, *de Republica.*
84. Civitatis custodes, sunt religiosi. *Ibid.*, Lib. 2.
85. In ea civitate quae bene regitur, justitia maxime invenitur; in ea vero civitate, quae pessime regitur, injustitia. *Ibid.*, lib. 4.
86. Si civitas ita constituta sit, ut legibus moribusque definiatur, maxima profecto erit, etiamsi mille tantum habeat cives, qui ad ipsius defensionem pares esse possint. *Ibid.*
87. Civitatem illam, quae recte fuerit legitus moribusque optimis constituta, et sapientem, et fortem, et temperantem, et justam esse perspicuum est. *Ibid.*
88. Civitatem in qua cives magistratus minime ambiunt, optime et ab omni seditione et tumultu prorsus liberam incoli necesse est. *Ibid.*, lib. 7.
89. Nullam unquam malorum, laborumque quietem fore necesse est iis civitatibus, quæcunque sint ille, in quibus non Deus dominetur. Lib. 4, *de Legibus.*
90. Nulla civitas, neque civis felix esse potest, nisi justitiae legibus obtemperando cum reipublica vitam traduxerit. Ep. 7, *ad Dionem.*
91. Unum est inexpugnabile munimentum civitatis, amor civium. Lib. 1, *de Clementia ad Neronem*, cap. 19.
92. Ubi justitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent, ibi civitas opulenta est, et copia bonorum omnium abundat. *Ibid.*
93. Civitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum. *Ibid.*
- CICERO.
- PLATO.
- SENECA.

94. Officia civis si quis amisit, hominis exerceat. *De tranquill. animi*, cap. 3.
95. Nūquā inutiles est opera civis boni; audit enim, visu, vultu, nutu; incessuque ipso prodest. *Ibid.*

CLAMOR.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROSIIUS.

1. Diffidere est potentia Dei, aestimare quod in oratione non audiaris, nisi clamaveris. *Prosec.*
2. Clament opera tua; clament fides; clament affectus, clament passionis tue, clament sanguis tuus. Lib. 4, *de Cain et Abel*, cap. 9.
3. Clamat cor nostrum non sono corporis, sed cogitationum sublimitate, contentaque virtutum. *Sup. Psalm. cxviii*, serm. 10, vers. 1.

S. AUGUSTINUS.

4. Clamor cordis pulset ad aures omnipotentis Dei, quia in pura mente placabitur tempore orationis. *de Salutar. documentis*, cap. 27.
5. Clamor ad Deum non est voce, sed corde; multi enim silentis labii, corde clamaverunt; multi ore strepentes, corde averso nihil impetrare poterunt. *Prosec.*

6. Si ipse clamas, clama intus, ubi audit Deus. *Sup. Psalm. xxx*, vers. 29: *Dum clamarem ad te.*
7. Frigis charitatis, silentium cordis est; flagrantia charitatis, clamor cordis est. *Prosec.*
8. Si semper manet charitas, semper clamas; si semper clamas, semper desideras. *Sup. Psalm. xxxvii*, vers. 9.

9. Aliquando iniquis et perversis, et a lege deviantibus, et male viventibus irasci licet, clamare non licet; eum irascitur et clamare non possumus, interiora nostra turbantur. *Sup. Psalm. xxx*, vers. 11.

10. Quolibet clamore aures hominum feriat, qui corde tacet, mutus est Deo. *Sup. Psalm. lxxxvi*.

11. Est clamor cordis, magna cogitationis intentio. *Sup. Psalm. cxviii*.

12. Tunc in toto corde clamatur, quando aliquid non cogitatur. *Ibid.*

13. Melius est cum clamas ore, et dimittis in corde; quam blaudis ore, crudelis in corde. *de Verbis Domini*. Sermon. 45.

14. Qui clamando tibi persuasit, ut non recederes; parcendo clamat, ut recedas. *Hom. 50*.

S. BONAVENTURA.

15. Triplex est clamor, clamor cordis; unde, *Clamavi in toto corde meo*; clamor materialis; unde, *Clama, ne cesses*; clamor mentis, ut Susanna et Moyses. *Sup. Psalm. xxvi*.

16. Clamare signum est interdum distantia, interdum instantia, interdum perseverantia. *Prosec.*

17. Clamat anima velut distans, posteriora considerans; clamat velut perseverans, ad anteriora propeans. *Expos. 2, sup. Psalm. cxviii*; versiculo 4, cap. 10.

18. Clamare dicitur, qui conteritur; exclamare, qui pulsatur; inclamare, qui compatitur. *Ibid.* versiculo 5.

19. Levanda est vox orationis cum lacrymis contritionis; levanda est autem vox cordis, plus quam oris. *Serm. 2. Dom. 13, post Pentecost.*

20. Qui orat debet clamare sicut clamat parvulus, qui vult ubera; sicut clamat catulus, cum sentit verbera, et sicut clamat populus, cum videt pericula. *Tit. 2. Diatri.* cap. 5.

21. Clamositas et verborum asperitas, locutionem plurimum deturpat. In *Speculo discipuli*, cap. 20.

22. Clamamus cordis anxietate, stomachi vacillitate, doloris acerbitate, amoris immensitate. In *Metit.* sup. *Salve Regina*.

23. Magna voce ille clamat ad Dominum, qui quamvis lingua tacet, bonis tamen operibus perseveranter exclamat. *Sup. Psalm. lxxxv*, vers. 3, *Ad te clamavi*.

24. Ipse clamor est, qui tacitus ad Deum pervenit, et exaudiri facit eos qui bonis operibus constanter insistent. *Sup. Psalm. iv*, vers. 4, *Cum clamavero ad eum*.

25. Nihil pauperi salubrius, quam clamet ad Dominum multoque hoc illi utilis est sic clamare, quam statim quod postulat accipere. *Secul. 1, sup. Psalm. ix*, vers. penult. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus*.

26. Frequenter vocem eripit oratio vehemens. *Serm. 23, sup. Cant.*

27. Clamor laudem meretur, qui ex respicientia est profectus. *Sup. Judic. cap. 3*, in illud; *Clamaverunt ad Dominum*.

28. Notandum quod clamor in scripturis non magne vocis emissio, sed scientie intelligatur, et intentionis magnitudo. *Super Epist. ad Galatas*, cap. 4, in illud; *In corda vestra clamantem*.

29. Etsi pauperes patienter ferentes non clamant, merces tamen clamat. *Sup. Ep. B. Jacobi*, cap. 5.

30. Clamorem ejus, angustie tempore Deus non audit, qui tranquillitatis tempore in preceptis suis ipse clamantem Dominum non audit. *Lib. 18, Moral.*, cap. 7.

31. Clamor aliquando in bona, aliquando in mala significatione accipitur: clamat enim justus cum operatur justitiam ex desiderio, clamat et impius cum peccatum adjungit peccato. *Sup. septem psalmos Penitent.*, *Psalm. v*, vers. 4.

32. Qui Deum desiderat, ad ipsum cordis voce

S. BERNARDUS.

FRANCISCIUS TITELM.

GILBERTUS PORRET.

GLOSS. ORD.

S. CREGORIUS MAGN.

clamare non cessat. *Sup. septem psalmos Penit.*; *Psalm. iii*, vers. 9.

33. Qui Deum toto corde desiderat, confidenter clamat. *Ibid.*, *Psalm. v*, vers. 3.

34. Animarum verba, sunt ipsa desideria; magnum desiderium est, magnus clamor. *Pros.*

35. Tanto minus clamat quis, quanto minus desiderat. *Lib. 2, Moral.*, cap. 4.

36. Tunc remedium in clamore non inveniet, qui nunc tempus congruum clamoris perdit. *Ibid.* lib. 18, cap. 7.

37. Clamorem diaboli non audire, est violentis tentationum motibus minime consentire. *Ibid.*

38. Ut ad aures Dei viam vocibus faciat, vigilantius studendum est, ut vestrae voces acerbis adjuventur. *Lib. 9, in Registro*, indict. 4, cap. 45, ep. 45.

39. Valentiores voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba, sed desideria. *Lib. 22, Moral.*, cap. 13.

40. Apud aures Dei vox valida, devota confessio est. *Ibid.*, lib. 26, cap. 23.

S. HILARIUS.

41. Ille ad Deum toto corde clamat, qui magna postulat, qui celestia precatur, qui eterna sperat, qui innocens timoris vivit officii. *Sup. Psalm. cxviii*, in illud: *Clamavi in toto corde meo*.

HUGO A S. VICTORE.

42. Laus et gratiarum actio, non solum ad Deum, sed etiam coram Deo clamant. *Sup. Thren. sup. illud: Gen. 18. Clamor Sodomorum*.

43. Clamat iniquitas ad Deum; clamat et necessitas: sed illa clamat irritans, ista supplicans: illa provocat iram, ista flagitat misericordiam. *Ibid.*

44. Clamant Angeli in celo clamore laudis; clamat Moyses in deserto, clamore devotionis; clamant filii Israel in Aegypto, clamore necessitatis; clamant Sodoma et Gomorra, clamore iniquitatis. *Ibid.*

HUGO CARD.

45. Saepe clamor justorum, eo proficit quo differtur. *Sup. Job. i*, cap. 35.

46. Clamant justi, clamant mali, clamant et beati in patria. *Pros.*

47. Iusti clamant corde, ore, opere; corde per rectum desiderium, voce in Ecclesia, cantando, confitendo, predicando; opere, manibus laborando, elemosynas largiendo.

48. Mali clamant similiter corde, ore, opere: corde scilicet tumultuoso; voce litigando, detrahendo, et voce tenui predicando; opere, peccando et vociferando clamore Sodomorum et Gomorrhorum.

49. Beati clamant in Patria, semper Deum laudando. *Sup. Psalm. xvi*.

50. Est clamor interior cordis, et exterior oris: primus, est ipsa devotio, secundus est signum, et exultatio devotionis. *Sup. Psalm. xxx*.

51. Non vox sed votum, non musica cordula, sed cor: non clamor, sed amor clamant in aure Dei. *Sup. Isaiam*, cap. 33.

52. Clamatur ad Dominum, admiratione, devotione, predicatione, confessione, oratione, operatione, sanguinis effusione, mercedis detractione, peccati contra naturam enormitate, vitae sanctitate, testimonio conscientiae, doloris immensitate, ardore concupiscentiae. *Sup. Psalm. xxvii*.

53. Deditis divitum est clamor pauperum. *S. JOANNES CHRYSOSTOMUS*. *Hom. sup. Psalm. xcv*.

54. Constantis et fortis animus, quo magis clamare velatur, eo altius provehitur. *Homil. 87, in Math.*

55. Deus non voce clamosa pulsandus est, sed conscientia recta placandus. *Hom. 13 Operis imperfect. sup. Math.*

56. Deus non est vocis auditor, sed cordis. *Ibid.*

57. Clamor predicatoris non asper sit, non injucundus, sed omni musica harmonia suavior, quo nil auditorum aures possit vehementius demulcere. In princip. *Prælog. sup. Joannem*.

58. Una in re diutius utilis vociferatio, nempe in predicando et docendo; alii in rebus nequaquam, neque in precationibus. *Serm. 15, super Epist. ad Ephes.*

59. Quemadmodum fieri non potest, ut qui non vociferatur, irascatur; ita fieri nequit ut vociferans non irascatur. *Ibid.*

60. Fieri nequit ut per iram implicetur qui non clamat. *Ibid.*

61. Vociferatio etiam nondum existentem iram elicit. *Ibid.*

62. Mulleres dum ancillis irascuntur, universam domum vociferationibus suis amplexantur. *Ibid.*

63. In angustiis illum clamantem audit, qui pauperem cum clamaret, audivit. *Serm. 14*.

64. Auribus oculi iudicis, non tam strepitus vocis, quam clamor insonat cordis. *Lib. 6, Epist. 9, ad Gebisonem, abbat.*

65. Clamor ad Deum est intentio cordis, et flagrantia dilectionis. *Sent. 100*.

66. Grandis absque dubio peccantium clamor est, qui a terra ascendit ad caelum. *Prosec.*

67. Et vere clamor, et grandis clamor est, quando pietas Dei, peccatorum clamoribus vincitur, et peccantes punire cogitur. *Lib. 4, de Gubern. Dei*.

SENTENTIAE PAGANORUM.

68. Tacere cum opus est, clamas; cum loqui convenit, obmutiscas. *Lib. 4, de arte rhetorica*.

69. Quid turpis philosophia captante clamores? *Ep. 52*.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETR. DAM.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

CICERO.

SENECA.

CLAUDERE.

SENTENTIAE PATRUM.

- S. AUGUSTIN.** 1. Quid prodest clavis aurea, si aperire quod volumus, non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quaerimus, nisi patere quod clausum est? Lib. 4, de doctrina Christi, cap. 11.
2. Omne cor, omni cordi clausum est. Sup. Psalm. LV, vers. 6.
3. Clausum cor habes, et clavem accusas. Sermon. 4, de Verbis Apost. **S. CYPRIANUS** 7. Claudatur contra adversarium pectus, et et **S. ELIGIUS**, soli Deo pateat, de Orat. Dom., cap. 43, et **S. Eligius**. Homil. 11.
GLOSS. INT. 8. Os quod clausum fuit a laude Dei, clauditur a defendendis malis suis. Sup. Oseam, cap. 4.
9. Diabolus corda claudit, sed Deus aperit. Sup. Acta Apostolorum, cap. 16.
S. GREG. MAG. 10. Includere Dei est, clausis non aperire; recludit, itaque Deus, quem in suorum operum tenebris relinquit. Lib. 11 Moral., cap. 5.
11. Post diem iudicii regni janua lugentibus clauditur, quae modo quotidie penitentibus aperitur. Homil. 12. sup. Evangelia.
12. Si parvæ rei aditus, antequam diu patescat, non clauditur, usu fit latior; et erit consuetudine licitum, quod ratione constat esse prohibitum. Lib. 7 in Registro, indicione 2, cap. 119, ep. 119, ad Syagrium episcop. Augustodunensem.
S. HIERONYM. 13. Quid necesse est, ut cordis tui ostia clausa sint? sponso aperiatur Christo, claudantur diabolo. Epist. 22, ad Eustochium.
14. Oculi fenestrae sunt mortis, quæ nisi claudantur, statim mors dira subintrat. In Regula monachorum, cap. 20.
HUGO CARD. 15. Clauduntur oculi eorum, qui voluntatem propriam sequuntur. Sup. Genes., cap. 3.
S. JOANNES CHRYSOST. 16. Claudenda sunt januae, ne quis aspiciat quæ videre nefas est. Homil. 72.
JOAN. CLIM. 17. Claude januam cellulæ corpori, et lingue

januam locutioni, interioreque animi fenestram spiritibus immundis. Gradu 27.
18. Non omnibus ea quæ sunt clausa, aperiens. **ISID. HISP.** de sunt. Libr. 3, de Summo bono, cap. 43, sent. 3.
19. Corda bene conscius aperit, male conscius claudit. Sermon. 22.
20. Oris tui ostium utilitati aperiatur, nugacitati clauditur. Prose.
21. Aperiatur ad ædificationem, clauditur ad obloquentium, vel murmurantium detractionem.
22. Aperiatur ad exhortationem supervenientium, clauditur ad verbositate curiosorum. Lib. 1, ep. 20, ad Gislebertum.
23. Necessaria et utilis est vago clausura. In Hortulo Rosar., cap. 8.
24. Claude ostium domus tuæ, et eris in pace. *Ibid.*
25. Non didicimus nos ligneum claudere ostium, sed magis ostium lingue. In sent., sent. 43.
SENTENTIAE PAGANORUM.
26. Nihil est clausum, cui non mors aperta non sit. Ep. 66.

CLEMENTIA.

Vide Mansuetudo.

CLERICUS, SEU ECCLESIASTICUS.

Etymologia. Clericus, qui Christi servit Ecclesie, interpretetur primo vocabulum suum, et nominis definitione probata nitatur esse quod dicitur. Pros.
Si enim κληρος græce, sors latine appellatur propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est, pars Clericorum est. Ep. 2, ad Nepotian.
Clericus dicitur a κληρος græce, quod latine interpretatum, sortem sonat: sive quod ipse sorte sit electus a Deo ad servitium Dei; sive quod ipse Deus sors illius sit, et quod portionem aliam in terra habere non debeat. Lib. 2, de Sacram., part. 2, cap. 3.
Clericus sicut juxta sui etymologiam vocabuli ipse sors Dei est, ilia nihilominus et Deus omnipotens ejus esse portio perhibetur. Opusc. 27.
Clerici vocantur eo quod in sortem hereditatis Domini dentur: vel quia ipse Dominus sors illorum est. Prose.
Nam κληρος græce sors interpretatur; unde et hereditas græce κληρονομία appellatur, et hæres κληρονομος. Lib. 2, de Officiis Eccles., cap. 1.

SENTENTIAE PATRUM.

1. O quam detestabilis est incuria quorundam **S. ANTONII.**

Clericorum, qui calices permittunt rubigine destrui, tobaleas et pallas altaris, et corporalia turpissima remanere, casulas et alia paramenta totaliter dilacerari! Prose.
2. Et tamen ipsi miserissimi non paterentur talibus vestibus indui, aut talibus tobaleis mensam suam parari; et quid sunt ista, nisi sacrilegia? Part. 2, tit. 4, cap. 21, § 5.
3. Clerici principales sunt in Ecclesia, portant tonsuram in modum coronæ, tanquam reges spirituales, quia se et alios virtutibus regere debent et bonis exemplis. Part. 3, tit. 12, de Infidelitate, cap. 9.
4. Quisquis Clericus ad sortem Domini vocatus, qui comam nutrit, et capillos radere, vel tundere erubescit, profecto se non de Dei, sed de mundi sorte esse testatur. de Contemptu mundi, cap. 3.
5 et 6. Cessent clerici psalmodia, hymnisque spiritualibus insistentes, capillos, mitras, cæteraque velamina in capilibus portare, ne dum cum Deo loquuntur, famulatus sui signa occultantes, ejus indigni iudicentur propitiatione, cujus salubri doctrina presunt non obedire. *Ibid.*, cap. 4.
7. Clericus, qui exeret mercedem, intercessionem vendit viduarum, munera libenter amplectitur, hic negotiator magis potest videri, quam clericus. Sermon. 19, de Verbis Domini.
8. Non deest clericum cum mulieribus sedere, vel fabulari, vel domos earum frequentare, ne suspicio mala inde progrediatur. Prose.
9. O quam vilis, o quam miser et pusillanimis reputatur clericus, qui frequenter cum mulieribus conversatur!
10. Insuper valde est et inexpertus, qui amicitias mulierum procurat. Sermon. 37, ad Fratres in eremo.
11. Antequam Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari; factum jam non licet. Et hab. in decret. Gratiani, part. 1, distinct. 50, can. Fornicari.
S. AMBROS. 12. Nihil tam asperum, tamque perniciosum est, quam si Ecclesiasticus (maxime qui in sublimi loco est) divitiis hujus sæculi studeat, quia non solum sibi ipsi, sed et cæteris obest. Sup. 1, Tim. 6, sup. illud: Qui volunt divites fieri.
13. Ne te gradus sortis cleri extollat, sed potius humiliet. Sermon. 2 Exercitamentorum.
14. Quanto Ecclesiastici debiliores sunt, magisque diffidunt, tanto amplius imperandi libido in hominibus efflorescit. Epist. 8, ad Euseb. episcop.
C. BERNARD. 15. Esset sine dubio melius nubere et salvari in humili gradu fidelis populi, quam in cleri sublimitate et deterius vivere, et districtius judicari. Sermon. de Convers. ad Clericos, cap. 29.
16. Timeant clerici, timeant ministri Ecclesie,

qui tam iniqua gerunt, ut stipendii, quæ sufficere debent, minime contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impie sacrilego que sibi retinent. Prose.
17. Qui in usus suæ superbiæ atque luxuriæ victum pauperum consumere non verentur; duplici profecto iniquitate peccantes, quod et aliena diripiunt, et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur. Sermon. 23, sup. Cant.
18. Insolentia clericorum mater est negligentia Episcoporum. Ep. 152, ad Innocent. papam.
19. Curritur in clero passim ab omni ætate et ordine, a doctis pariter et indoctis, ad Ecclesiasticas curas, tanquam sine curis jam quisque victurus sit, cum ad curas pervenerit. Pros.
20. Videmus illos, qui jam proprios humeros cupitæ sarcinæ submisserunt, non solum non gemere tanquam sub onere; sed insuper appelere quoque onerari.
21. Non deterrentur periculis, quæ cupiditate cæcati non vident, sed favoribus amplius, quos illi invident, provocantur.
22. O infinita ambitio, et insatiabilis! cum primos honorum gradus meruerit quis in Ecclesia; meruerit autem vel vite merito vel pecuniæ, sive etiam carnis et sanguinis prærogativa; non ideo cor quiescit, duplici semper astutus in desiderio, quo utique magis ac magis dilatatur in plura, et ad celsiora sublimetur.
23. Cum factus quis fuerit in quacunque Ecclesia Decanus, Prepositus, Archidiaconus, aut aliquid hujusmodi, non contentus uno in una, plures sibi, imo quotquot valet conquirere honores, sagaci tam in una, quam in pluribus, quibus tamen omnibus libenter unius præferat Episcopi dignitatem.
24. Factus Episcopus, Archiepiscopus esse desiderat: quo forte adepto, rursus nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus et sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit frequentare palatium, quæstuosas sibi quasdam exinde comparare amicitias. Epist. 42, ad Henric. Senonens. archiepisc.
25. Qui clero militiam, forum anteponit Ecclesie, divinis profecto humana, coelestibus præferre terrena convincitur. Ep. 78, ad Sugerium abbat. S. Dionysii.
26. Sicut Clericalis constat non esse dignitatis regum stipendiis militare: sic nec regie majestatis rem fortium administrare per Clericos. *Ibid.*
27. Alienis laboribus locupletantur Clerici, comedunt fructum terre absque pecunia, et prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Epist. 152, ad Innocent. papam.
28. Quid insolentius, quidve indignius in Ec-

S. PETRUS CHRYSOLOG.

PETRUS MACRITIUS ABB.

THOMAS A KEMPIS.

IN VIT. PAT.

SENECA.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

S. AMBROS.

S. PETRUS DAMIANUS.

S. BASILIUS HAGRUS.

S. ISIDORUS HISPALENS.

C. BERNARD.

S. ANTONII.

clesia esse potest, quam ut sibi quisque Ecclesiasticus vendit dignitates pluralitate nimirum, non horum probitate? Ep. 1, 88; *ad Innocent. papam.*

29. Videas plerosque in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos, subito intumescere, pristinae oblivisci abjectionis, genus quoque suum erubescere, et infirmos designari. *Prosec.*

30. Videas homines pecuniosos ad honores quosque Ecclesiasticos pervolare; moxque sibi applaudere sanctitatem, vestium duntaxat mutatione, non mentium; et dignos se aestimare dignitate, ad quam ambiendo pervenerunt, quodque (si audeo dicere) adepti sunt nimmis. Hom. 4, sup. *Misus.*

31. Ipsa Ecclesiastica dignitatis officia in turpem quastum, et tenebrarum negotium transire; nec in his salus animum, sed luxuriam quaerit divitiarum. Serm. 6, sup. *Qui habitat.*

32. Serpiti hodie putida tabes per omne corpus Ecclesiae, et quo latius, eo desperatius; eoque periculosus, quo interior. *Prosec.*

33. Ministri Christi sunt, et servant Antichristo; honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt.

34. Inde is, quem quotidie vides, meretriciosus, histrionicus habitus, regius apparatus; inde aurum in frenis, in sellis et calcaribus, et plus calcaria quam altaria fulgent.

35. Inde splendide mensae et cibis et scyphis, inde comestationes, et ebrietates: inde cithara et lyra et tibia: inde redundantia torcularia, inde referta marsupia. Pro hujusmodi volunt esse et sunt Ecclesiarum Praepositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi. Serm. 33, sup. *Can.*

36. Dignum est, ut qui altario deservit, de altario vivat: conceditur ergo tibi ut si bene deservis, de altario vivas, non autem ut de altario luxuriers, ut de altario superbas, ut inde compares tibi frena aurea, sellas epictas, calcaria argentata, variaque alia. Epist. 2, *ad Fulcentium.*

37. Quid sibi vult quod Clerici aliud esse, aliud videri volunt? nempe habitu milites, quasi Clericos, actu neutrum exhibent: hanc neque ut milites pugnant, neque ut Clerici evangelizant; cuius ergo ordinis sunt? Lib. 3, *de Consid.*

38. Vides omnem Ecclesiasticum zelum fervere sola pro dignitate tuenda: honori totum datur, sanctitati nihil aut parum. *Ibid.*

39. His Clericus qui partem habet in terra, non habebit partem in caelo: si aurum, si argentum, si possessiones habeat, cum illis Dominus pars eius fieri non dignatur. In *Declamat.*

39. Cum euncti status hominum aliquid ha-

beant laboris, et aliquid voluptatis; clericus, inter haec novo quodam artificio discernens, totum quod delectat in quolibet eligunt et amplectuntur; quod molestum est, fugiunt et declinant. *Ibid.*

40. Vae, vae tibi clericus, mors in ella; mors in ollis carnium, mors in hujusmodi deliciis est: sumptus enim Ecclesiasticos gratis habere re-reputas. *Ibid.*

41. Clericus de altario vivat, non superbiat, non luxurietur, non ditetur, nec ex clericatu ditior fiat. *Ibid.*

42. Clericus non sibi de bonis Ecclesiae ampla palatia fabricet, nec ea in vanitate, aut superfluitate dispergat: non extollat de facultatibus Ecclesiae consanguineos suos, aut nepes, nec eas nuptiis tradat. *Ibid.*

43. Non facit ornatum Clericus tenera vestis, sed mandata mentis. Serm. 9, *ad Sororem.*

44. Non omnes sunt amici sponsi, quos hodie sponsae hinc inde assistere cernis, et qui (ut vulgo aiunt) eam quasi adexterae videntur: pauci admodum sunt, qui non quasi sua sunt, quaerant. *Prosec.*

45. Diligent munera, nec possunt pariter diligere Christum, quia manus dederunt mammonae.

46. Intuere quomodo incedunt nitidi et ornati, circumamicti varietatibus, tanquam sponsa procedens de thalamo suo:

47. Nonne si quempiam talium repente eminus procedentem aspexeris, sponsam potius putabis, quam sponsae custodem?

48. Unde hanc illis exuberare existimas rerum affluentiam, vestium splendorem, finisuram, luxuriam, congeriem vasorum argenteorum, et aureorum, nisi de bonis sponsae?

49. Inde est quod illa pauper, et inops, et nuda relinquunt, facie miseranda, inculta, hispida, exsangui.

50. Non est hoc ornare sponsam, sed spoliare; non est custodire, sed perdere; non est defendere, sed exponere; non est insituere, sed prosternere; non est pascere gregem, sed mactare et devorare. Serm. 77, sup. *Can.*

51. In Clero tanquam in caelo gerens iniqua quid nisi de ministerio judebetur? caeleste tenet officium, Angelus Domini exercituum factus est, tanquam Angelus aut eligitur, aut reprobat. In *Declamat.*

52. Nullus in clericatu dives ex paupere fiat, ex ignobili gloriosus. Lib. 4, *Florium*, cap. 4.

53. Fornicatio in multis Clericis multipliciter regnat, qui puritatis auctori, impuro corde et opere ministrantes, omnino audent Agai inimica-

culati sacras contingere carnes, et intingere in sanguinem Salvatoris manus nefarias, quibus carnes meretricias attrahunt. *Ibid.*

54. Proprium est Clericorum, plangere aliena mala sicut propria. Sup. *Lament. Hierem.*, cap. 2, in illud: *Desecerunt oculi.*

55. Isti qui stipendia accipiunt, si Officium divinum non implent, injustitiam exercent, et contra praecipuum faciunt. Ser. 1, *Omnium Sanctorum.*

56. Non diligit decorem domus Dei, qui pulchrius habet in mensa, quam in altari; qui pulchriorem habet scyphum ad recipiendum corporale poculum, quam habeat calicem ad sanguinem dominicum sumendum. *Prosec.*

57. Qui speciosorem et ornatiorem habet cameram ad jacendum, quam habeat capellam ad corpus Dominicum conficiendum:

58. Qui etiam pulchriorem habet et nitidiorum, ac etiam secretiorem pyxidem ad denarios observandum, quam habeat in altari capsam ad corpus Christi detinendum. Serm. *de Dedicat.*, sup. illud, *Psal.* xxxv: *Domine, dilexi decorem domus tuae.*

59. Clerici vita, Christi debet ornari Ecclesia. Lib. 1, *Phaet.*, cap. 22.

60. Procuratores atque dispensatores domorum alienarum, atque villarum, quomodo possunt esse Clerici, qui proprias jubentur contemnere facultates? *Prosec.*

61. Tu quicumque in clero es, Domini portio es, et possessio ejus; noli ergo discedere de Domini tui possessione. *Ibid.*

62. Clerici, qui sunt oculi Ecclesiae, debent esse praeter ceteris teneri compa sione, et lacrymales pietate. Titul. 7, *Dixit*, cap. 5.

63. Clericus solus ad feminam tabernaculum non accedit. Ep. 2.

64. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint Dominica sacramenta tractare. *Prosec.*

65. Melius est enim paucos habere ministros qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutilis, qui onus grave ordinatori adducant. *Ibid.*

66. Nihil injustius, vel inhonestius est, quam clericos doctores inobedientes, vel protervos existere. Ep. 3.

67. Ante omnia clericis vetatur ebrietas, quae omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Et habetur in *Decret. Gratiani*, part. 1, d. 35, *can. Ante.*

68. Clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compelli. Et habetur in *Decretis Gratiani*, part. 1, dist. 44, *can. Clerici.*

69. Clericus, qui adulationibus, et proditiombus vacare desprehenditur, degradatur ab officio. *Ibid.*, part. 1, dist. 40, *can. Clericus.*

70. Cum etiam laicos hoc deceat, ne aut extraneis occasionem blasphemandi; aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant; tum maxime clericos vehementer necessitas ista constringit, quibus religio blasphemata, aut fraternitas perita penas dupliciter irrogabit. *De singularit. Clericorum*, cap. 3.

71. Qui in clericorum ministerio constituti sunt, non nisi Altari deservire, et precibus atque orationibus vacare debent. Ep. 66, *ad Clerum et plebem Furnianorum.*

72. Vae illis, qui clericos despiciunt; licet enim sint peccatores, tamen nullus debet eos judicare, quia ipse solus Dominus reservat sibi ad eos iudicandum. *Pros.*

73. Nam quanto major omnibus administratio eorum, tanto plus peccatum habent, qui peccant in ipsis, quam in omnibus aliis hominibus istius mundi. *Opusculorum*, in *Ephorum ad fratres*, cap. 23.

74. In clerico magnitudo coronae est signum magnae conversionis. *Apud Gratianum in Decretis.*

75. Hodie frustra quidam Ecclesiastici jactant se esse de speciosa Ecclesia, sed factis negant, in quibus vitiorum greges habitant. Sup. *Soph.*, cap. 2.

76. Nullus ordinetur clericus, nisi probatus fuerit, vel examine Episcoporum, vel populari testimonio: In suis *Decretis*, part. 4, dist. 2, *can. Nullus.*

77. Clericus admonendus est, quatenus sic sicut Gregorius Magnus. *Hom. 17, super Evangelium.*

78. Pensate quantae damnationis sit sine labore percipere mercedem laboris, et quanti criminis, peccatorum pretium manducare, et nihil contra peccata predicando agere. *Ibid.*

79. Qui Ecclesiasticis famulantur obsequiis, Ecclesiasticum, ut possibilitas exigit, debent adipsi subsidium. Lib. 4, in *Regist.*, indict. 13, cap. 70, 1. Ep. 20, *ad Gaudentium, episc.* Nolanum.

80. Si in Ecclesiasticis officiis quemquam habeat locum pecunia, fit seculare quod sacrum est. *Ibid.*, lib. 7, indict. 2, cap. 110; ep. 110; *ad Syagrium episc.*

81. Ecclesiasticis utilitatibus desudantes, Ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, ut qui se voluntarius obsequiorum necessitatibus sponte subieciunt, digne provisionibus consolentur. *Ibid.*, lib. 2, indict. 11, cap. 57; epist. 48, *ad Theodorum.*

s. CYPRIAN.

s. FRANCISCU
ASSISIENS.

GLOSS. DECA.

GLOSSA ORD.

GRATIANUS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

s. DONAVENT.

s. CLEMENS
PAPA.CONCILIUM
AGATHENSE.CONCILIUM
CARTHAG.

82. Non magni ducere debemus, si plebem excellimus; sed pro detrimento habere, si dignitati nostræ non responderimus. In *Apolog. de Sua fuga*.
83. Non facit Ecclesiastica dignitas Christianum. Ep. I, ad *Heliodor.*
84. Clericus, quia ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut et ipse possideat Dominum, et possideatur a Domino. *Prosec.*
85. Qui Dominum possidet, nihil extra Dominum habere potest; quod si quippiam aliud haberit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus. Ep. 2, ad *Nepotianum.*
86. Ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes, id est ne lucra seculi in Christi quæras militia; ne plus habeas quam quando Clericus esse copisti, et dicatur tibi, Cleri eorum non proderunt eis. *Prosec.*
87. Nonnulli sunt Clerici, qui possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete et fallace diabolo non haberunt; ut suspiret, eos Ecclesia divites, quos mundus tenuerat ante mendicos. *Ibid.*
88. Mensam tuam pauperes, et peregrini, et illis Christus conviva noverit. *Ibid.*
89. Negotiorem Clericum, et ex inope divitem, et ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fuge. *Ibid.*
90. Si propter officium clericatus, aut vidua a te visitatur aut virgo, nunquam domum solus introas. *Ibid.*
91. Facile contemnitur Clericus, qui sæpe vocatus ad prandium, ire non recusat; nunquam petentes, raro accipiamus rogati. *Ibid.*
92. Viri Ecclesiastici, muri et turres Ecclesiam nuncupantur. Ep. 46, ad *Rusticum.*
93. Nemo magis Ecclesiasticus est, quam qui nunquam hæreticus fuit. Ep. 16, ad *Theophil.*
94. Clerici, qui de bonis parentum sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt. In *regula Monachorum*, cap. 4.
95. Quidquid habent clerici, pauperum est, et domus eorum omnibus esse debent communes; et susceptioni peregrinorum et hospitem invigilare debent. *Ibid.*, cap. 29.
96. Prima tentamenta sunt clericorum, mulierum frequentes accessus. Ep. 34, ad *Oceanum.*
97. Non vestis tenera clericum facit, sed casta mentis intentio. *Ibid.*
98. Germinant feminae spinas cum clericis habitantes, et arcana mentium acuto mucrone percutiunt. *Prosec.*
99. Bonus honor est in Ecclesia, si a consortio clericorum feminae sint longe. *Ibid.*
100. Cuiam dubium est, quin inter tres peccatores, imo impios; gentilem, hæreticum, et ecclesiasticum, nullo majoribus penis dignus sit, qui majoris fuerit dignitatis? Lib. 5, in *Ezechiel.* cap. 16, in illud; *Et convertam restituens.*
101. Vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse, quam clericos. Sup. Ep. ad *Titum*, cap. 2, sup. illud: *Nemo te contemnat.*
102. Non nitor vestium, sed morum honestas ornat clericum. Sup. *regulam D. Augusti.* cap. 9.
103. Clerici, quoniam ea quæ ad spirituales vitam pertinent dispensant, quasi dextera pars sunt corporis Christi. Lib. 2, de *Sacram.* part. 2, cap. 3.
104. Clerico statutum est decimis et oblationibus, quas Deo offeruntur, sustentari. *Ibid.*
105. Age miser, sequere duccem tuum, oculi tui sublimè videant, multiplica præbendas; hine ad Archidiaconatum evola, ad Episcopatum aspira; paulatim ascendis, sed non paulatim descendes, imo tanquam fulgur impetu vehementi. Sup. *Genes.* cap. 1.
106. Clerici debent esse excelsi vita, et scientia præeminentes, et de amore terrenorum egredi. *Ibid.*, cap. 12.
107. Pactum quod fecerunt clerici recipiendo ordines, non tulerunt. Sup. *Psal.* xvii.
108. Clerici destruant muros Hierusalem, et reedificent muros Hierico. Sup. *Psal.* l.
109. Jam cum majori pompa et pluribus equis vadunt Ecclesiastici, quam principes seculares, quasi non ministerium creditum sit eis, sed magis regnum, vel imperium. Sup. *Genes.* cap. 33.
110. Nihil ita foedit Ecclesiam, et nihil tantum illam spiritualiter maculat, sicut vir Ecclesiasticus male se gerens. Sup. *Psal.* lv.
111. Nihil scelestius quam Ecclesiasticum virum amare pecuniam. Sup. *Proverb.* cap. 29.
112. Clerici, participantes Ecclesiastica beneficia, si non docent et prædicant in ipsa Ecclesia, exactores sunt atque spoliatores. Sup. *Isaiam*, cap. 3.
113. Vir Ecclesiasticus nec retinere aliquid potest de patrimonio crucifixi præter necessaria; nec parentibus dare, nisi ut cæteris pauperibus, quod si facit, rapina pauperis in domo sua est. *Ibid.*
114. Ecclesiastici more militum vivunt, et maxime de patrimonio crucifixi, qui in receptione reddituum Domini, clerici sunt, sed tonsura laici; in negotiationibus mercatores; in vestibus, domibus, mensis, equis, et phaleris milites. *Ibid.* cap. 34.

HUGO A
S. VICTORIS.S. JOHANNES
CHRYSOST.

HUGO CARD.

S. ISID. HISP.

115. Clerici faciunt scelera, laici vero peccata; quia plus peccant, et graviora et sceleratiora committunt. Sup. *Isaiam*, cap. 58.
116. Nulli tantam opportunitatem peccandi habent, sicut clerici; quia in divitiis abundant, et otiosi sunt, et honorantur, quæ tria causa sunt peccati. Sup. *Hierem.*, cap. 3.
117. Clerici et tardius penitent, et audacius peccant. *Ibid.*, cap. 44.
118. Peccatum in laico, dolus vel proditio in clerico est. Super *Ezechiel.*, cap. 5.
119. Multi Clerici, qui debent esse caput vite, modo signiferi sunt vitiorum. *Ibid.*, cap. 25.
120. Magna etiam in Ecclesia, et in clero, multoque major sæpe quam in laicis est invidia. Hom. 41, sup. *Math.*
121. Vere magna confusio est omnium clericorum, quod laici inveniuntur fideiores eis, aut justiores. *Prosec.*
122. Quomodo non sit confusio Clericos esse inferiores laicis, quos etiam æquales esse, confusio est? Hom. 40 *Oper. imperf. sup. Math.* sup. illud: *Publicani et meretrices crediderunt ei.*
123. Melior est laicus ante Deum penitentiam agens, quam clericus permanens in peccatis. *Ibid.*
124. Clericus, qui semper meditatur Scripturas et observatur eas, erit perfectus; sed, si semel coeperit eas contemnere, perdet gloriam suam. *Ibid.*
125. Laici delinquentes facile emendantur; clerici autem, si mali fuerint, inemendabiles sunt. *Ibid.*
126. Tolle hoc vitium de clero, scilicet ne velint hominibus placere, et sine labore omnia vitia rescantur; quia ex hoc vitio nascitur ut clerici peccantes difficile penitentiam agant. *Ibid.*
127. Non putet clericus quod clericus est, beator erit quam laicus studiosus; non enim dignitas apud Deum honorabitur, sed voluntas. *Ibid.*, Hom. 53, sup. illud: *Domine, duo talenta tradidisti mihi.*
128. Vir ecclesiasticus et crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, et dispensationem ecclesiastici ordinis, nolens quidem, sed humilis gubernandam suscipere. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 33, sent. 1.
129. Plerique clerici, prave viventes, forma cæteris in malum existunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. *Prosec.*
130. Hi enim quoscunque exemplo malæ conversationis suæ perdunt, de illis rationem sine dubio redditori sunt. *Ibid.*, cap. 38, sent. 2.
131. His lege patrum cavetur, ut a vulgari vita seculi, a mundi voluptatibus sese abstineant. *Prosec.*
132. Nec spectaculis, nec pompis intersint, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed et sobria colant.
133. Usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes hucurum fraudisque cunctisquam studium appetant.
134. Amorem pecunie, quasi materiam eunctorum criminum, fugiant.
135. Secularia officia negotiæque abjiciant; honores per ambitiones non subeant.
136. Pro beneficio medicinæ Dei munera non accipiant, dolos et conjurationes caveant, odium, emulationem, obreclationem atque invidiam fugiant.
137. Non vagis oculis, non infreni lingua, aut petulantia tumidoque gressu incedant; sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant.
138. Obscenitatem etiam verborum, sicut operum, penitus execrentur.
139. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant.
140. Contubernia extraneorum feminarum nullatenus appetant.
141. Castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare student.
142. Senioribus debitam obedientiam præbeant, neque ullo jactantia studio semetipsos attollant.
143. Postremo in doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio jugi incumbant.
144. Tales enim esse debent, qui divinis cultibus se mancipandos student; ut dum scientiam operam dant, doctrinæ gratiam populo administrant. Lib. 2, de *Offic. Eccles.*, cap. 2.
145. Sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet. *Prosec.*
146. Indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere.
147. Fœnus autem hoc solum aspicere, et exercere debemus; ut quod hic misericorditer tribuimus, a Domino recipere valeamus. *Epistol.* cap. 4.
148. Damnabile est in Clerico se curialibus aut secularibus negotiis immiscere. Ep. 14, ad *Sacellanos Regis Anglorum.*
149. Ad hoc Ecclesiastici prædia conferuntur, ut ex his pauperes sustententur, indigentes alantur; ut ex illis, viduis atque pupillis subsidium procuretur. Lib. 4, Epist. 12, ad *V. episcopum.*
150. Clericus qui pecuniam possidet, ipse Christi possessio, vel hereditas esse, vel Deum hereditate possidere non potest. *Opusc.* 24, cap. 1.
151. Turpe est, quem a laicorum turpis pro-

S. LEO I.

PETER. BLES.

S. PAVLUS
DAMIANUS.

fessionis conditio separat, si vel conversatio, vel abominanda proprietatis laicum esse convincat. *Opusc.* 37.

152. Si Clericus Dei est portio. et Deus portio eius, non levem Creatori suo contumeliam videtur inferre, qui super hoc singulare talentum, terrenam aestuat pecuniam cumulare. *Ibid.*

153. Quomodo quis Clericus valeat dici Canonicus, nisi sit regularis? volunt siquidem canonici, hoc est regulare nomen habere, sed non regulariter vivere. *Ibid.*, cap. 2.

S. PROSPER.

154. Expedi facultates Ecclesie possideri, et amore perfectionis proprias contemni. *Prosec.*

155. Nihil aliud sunt res Ecclesie, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, et patrimonium pauperum.

156. Hoc est possidendo contemnere, non sibi sed aliis possidere, nec habendi cupiditate Ecclesie facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. *Lib. 2, de Vita contemplat.*, cap. 9, per totum.

157. Satis indignum est, si fidelis et operosa devotio Clericorum propter stipendium temporale, premia sempiterna contemnat. *Ibid.*, cap. 10.

158. Si Ecclesiasticus propter hoc non vult sua relinquere, ut habeat unde vivat; ut quid accipit unde rationem reddat? ut quid de peccatis alienis sua multiplicat? *Ibid.*

SALVIANUS.

159. Certum est in Dei populo, etiam unius facinus pestem esse multorum. *Prosec.*

160. Nam ut in oculum etiamsi parva sordes incidat, totum lumen obtegat; sic in Ecclesiastico corpore, etiamsi pauci sordida fiant, prope totum Ecclesiastici splendoris lumen obscurant. *Lib. 7, de Gubern.*

THOMAS A KEMPIS.

161. Vae clerico indocto, et sine sacris libris, qui sibi et aliis saepe est causa erroris. *Prosec.*

162. Nam clericus sine sacris Libris, est quasi miles sine armis, equus sine frenis, pavis sine remis, scriptor sine pennis, avis sine alis, ascensor sine scalis, sutor sine subulis, rector sine regulis, faber sine malleis, sartor sine filis, rasor sine cultris, sagittator sine jaculis, viator sine baculo, caecus sine ductore, coquina sine ollis, mensa sine cibis, puteus sine aquis, rivus sine piscibus, saccus sine vestibus, hortus sine floribus, bursa sine pecuniis, vinea sine botris. In *Doctrinali juvenum*, cap. 7, sect. 2.

Vide etiam *Advocatus*, sent. 60; *Ludus*, sent. 17; *Monachus*, sent. 14; *Monasterium*, sent. 26; *Predicatio*, sent. 14; *Urbanitas*, sent. 10.

COELUM.

S. AMEROSUS.

Etyologia. Coelum, quod *κοσμος* graeco dicitur latine (quia impressa stellarum lumina velut

signa habent) tanquam coelum appellatur. *Lib. 2, Hesam.*, cap. 4.

Coelum vocatum est, eo quod tanquam coelum vas impressa lumina habent stellarum, veluti signa. *Lib. 13 Etymol.*, cap. 4.

Definitio. Coelum est corpus purum et primum, s. DONAVENT. natura simplicissimum, essentia subtilissimum, incorruptibilitate solidissimum, quantitate maximum, qualitate lucidum, diaphaneitate perspicuum, materia purissimum, figura sphericum, situ locali supremum. *Lib. 2, Compend. Theologicae veritatis*, cap. 4.

Coelum serenitatis locus est, et Paradisus voluptatum. *Serm. 27, sup. Cant.*

Coelum est Ecclesia Electorum. *Lib. 30, Moral.*, s. GREGORIUS, cap. 12.

Coelum est quod quae in eo sunt coelae, sedes Dei est, locus Angelorum et beatorum animarum, est quietum, pacificum, altum, leve, molle, suave, planum. *Lib. 4, de Propriet.*, cap. 3.

Coelum est visibilium et invisibilium creaturarum complexio. *Lib. 2, de Fide orth.*, cap. 6.

Coelum est corpus simplicissimum. 1, *de Caelo.*

Coelum est indivisibile, et inalterabile. *Ibid.*

Divisio. Tres sunt coeli: primum coelum, visibile est coelum, secundum coelum, est visibilis coeli invisibile coelum; tertium coelum, est coeli visibilis, et coeli invisibilis invisibile coelum.

Prosec.

Primum coelum tantum est coelum et terra coelum; secundum coelum, coeli coelum est; tertium coelum, colorum coelum et hoc coelum supra se non habet coelum. *Hom. 11, sup. Ecclesiasten.*

Primum coelum est aereum, secundum firmamentum, tertium spirituale, ubi Angeli et sanctae animae Dei fruuntur contemplatione. *Sup. II, ad Cor.* cap. 12, in illud: *Usque ad tertium caelum.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Errare a Coelo periculum est; non videre coelum miserum est; semel excidisse a coelo aeternum est.

2. Coelum est tibi, ubi cessavit culpa; coelum est tibi, ubi ter s. AMEROSUS. agitur s. AUGUSTINUS, nullum mortis est vulnus. *Lib. 5, de Sacram.*, tin. ser. 23, cap. 4, sup. illud: *Psalm. xviii: Caeli enarrant gloriam Dei.*

3. Non potest quisquam meritum regni caelestis adipisci, qui mundi cupiditate possessus, emergendi non habet facultatem. *Lib. 5, sup. Luc.* cap. 6, sup. illud: *Beati pauperes.*

4. Regnum colorum venale est, non querit, Deus nisi amorem, sine quo dari non debet; ad

S. ISID. HISP.

S. GILBERTUS ANGLICUS.

S. GREGORIUS MAGNUS.

HUGO A S. VICTORE.

S. JOHANNES DAMASC.

ARISTOTELES.

HUGO A S. SANCTO VIELO.

S. GLOSS. ORD.

S. BASILIUS SELEUCENS.

S. GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

ergo amorem, et accipe coelum; ama, et habere. Ep. 2, *ad Hugonem inclusum.*

5. Plus est pauperi videre coelum stellarum, quam diviti tectum inauratum. *Sup. Psalm. cxxvii*, vers. 6.

6. Ad appetenda colorum regna plus valet mentis humilitas, quam presentium divitiarum temporalis paupertas. *Lib. de Duodecim abusio.*, cap. 8.

7. In regno caelesti nulla erit tristitia, nullus tibi labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, sed perpetua semper sanitas perseverat. *Prosec.*

8. tibi nulla consurgit malitia, nulla carnis miseria, nulla aegritudo, nulla omnino necessitas.

9. Non erit tibi fames, non sitis, non frigus, non aestus, non lassitudo jejunii, nec ulla tentatio inimici, non peccandi voluntas, non delinquendi possibilitas, sed totum letitia, totum exultatio possidebit.

10. Nihil hoc regno magnificentius, nihil gloriosius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil verius, nihil illa bonitate sincerius, nihil illa abundantia copiosius. *De vanitate saeculi*, cap. 2.

11. Surgunt indocti et coelum rapiunt, et nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi voluntur in carne et sanguine. *Lib. 8 Confess.*, cap. 8.

12. Via coeli angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. *Serm. 9, de Verbis Dom.*

13. Ad regnum colorum non conducit nos gloria mundi, non multitudo divitiarum, non nobilitas generis, non scientia, non sapientia, non facundia verborum; sed solum gratia, et virtutes, et opera. *Serm. 23, ad Frat. in eremo.*

14. Regnum caeleste amantem gloriae, sui cupitorem repellit, ambitiosa desideria rejicit; humilitatis est merces, non ambitionis diversorium. *Orat. 23.*

15. Terrenas deserere sortes, et necdum obtinere caelestem afflictio intolerabilis est et inconsolabilis dolor. *In Declamat.*

16. Affectanti caelestia terrena non sapiunt. *Epist. 3.*

17. Ut quid andes oculos levare ad coelum, qui peccasti in coelum? terram intueri, et cognoscas teipsum. *De duodecim Grad. humilit.*, gradu 1, verbo *Audi.*

18. Tria sunt loca, quae mortuorum animae pro diversis meritis sortiuntur: infernus, Purgatorium, Coelum. *Prosec.*

19. In inferno impii, in Purgatorio purgandi, in Coelo perfecti. *Serm. de Quinq. negotiationibus.*

20. Si tibi mens hene conscia est, terrano car-

BOETIUS.

ere resoluta, coelum libera petit. *Lib. 2, de Consol. Philos.*

21. Appetitus caelestium parit contemptum s. DONAVENT. terrestrium. *Expos. 2, sup. Psalm. cxviii*, cap. 2, art. versicul. 3.

22. Si caelestia contemplanis, quomodo jam non in caelis commoraris, qui caelestibus spiritibus invita assimilaris? *In Solutio.*, cap. 2.

23. Coelo nihil purius, nihil sublimius, nihil pulchrius, nihil utilius, nihil velocius, nihil perfectius, durabilius inter corpora visibilia invenitur. *Prosec.*

24. Coelo nihil est purius, propter naturae suae transparentiam et diaphaneitatem.

25. Coelo nihil sublimius, quia nihil a centro terrae remotius est.

26. Coelo nihil est pulchrius, nihilque aspectui jucundius, propter ordinatissimam contentorum ipsius varietatem.

27. Coelo nihil est utilius, quia ex virtute et influentia coeli mortua et inveterata reviviscunt. *De Ecclesiast. Hierarch.*, part. 4, cap. 7, per totum.

28. Ut dignus caelis efficiaris, deride praesentia. *In Apologia pauper.*, respons. 3, cap. 3.

29. In quantum te a terrenis abstraxeris, in tantum te caelestibus insinabis. *Hom. 3, de Epiphania.*

30. Qui bonis operibus merentur sibi regnum caeli, tanto Deo sunt viciniores quanto sanctorum. *Sup. 1 Paralip.*, cap. 18.

31. Quae caelestia petit, torqueri se dicit, dum de imis agere cogitur. *Sup. Job*, cap. 17, in illud: *Torquentes cor meum.*

32. Grandis violentia est in terra nasci, et coelum capere; et habere per virtutem quod non possumus per naturam. *Sup. Math.*, cap. 11, in illud: *Regnum colorum vim patitur.*

33. Homo est coelum, et terra; coelum, cum jam per desiderium summis inheret; terra, quia in bono opere fixa spei ubertate fructificat. *Lib. 10 Moral.*, cap. 7, sup. illud *Job 2: Excelsior caelo est.*

34. Immundi spiritus tanto magis corda hominum ascendere ad caelestia invident, quanto se a caelestibus per elevationis suae immunditiam profectos vident. *Ibid.*, lib. 2, cap. 25.

35. Omnes qui predicationis officium in Ecclesia tenent, coelum recte vocati sunt, quia nimirum sapere caelestia creduntur. *Ibid.*, cap. 20.

36. Quid Paradiso jucundius, quid coelo securius? et tamen homo ex Paradiso peccando, et Angelus cecidit e coelo. *Lib. 6, in Registro*, indict. 15, cap. 169, Ep. 15 ad *Cyriac.*, episc.

37. In coelum tanta ascensura creditur multi-

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

S. GLOSS. ORD.

tudo hominum, quanta multitudo remansit Angelorum. Hom. 34, sup. *Evang.*

38. Esto raptor, ut regnum cœlorum accipias; esto violentus, ut etiam ipsis vim inferas collis. Quid hac rapina locupletius? quid hac gloriosius violentia! In *septem Psalm. panil. sup. Psalm. 6, vers. 1, sup. illud, Math. 2: Regnum cœlorum vim patitur.*

39. Quisquis copiosum in cœlis habere desiderat, seminare, dum tempus est, non omitat. Lib. 10, in *Registro, indict. 5, cap. 7, ep. 7, ad Savinellam.*

40. Cœlestia desideria in sublimi sunt; affectus autem terreni, in infimis. Lib. 5, in *I Reg., cap. 3.*

41. Cœlestia qui nescit, de eis loqui quasi notis, non potest. *Ibid., lib. 4, cap. 5.*

42. Cœlum mons est frugifer, qui æternæ pulchritudinis flores et fructus indefectis gaudii semper profert. *Ibid., lib. 1, cap. 1.*

43. In cœlo omnes communi claritate Deum conspiciunt; quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Lib. 4, *Dialogi, cap. 33.*

44. Regnum cœlorum nullus murmurans accipit, nec ullus qui accipit, murmurare potest. Hom. 19, sup. *Evang.*

45. Quot sunt dona predicantium, tot sunt ornamenta cœlorum. *Ibid., Hom. 30.*

46. Si consideremus quæ et quanta sunt, quæ nobis promittuntur in cœlis, vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. *Ibid., Hom. 37.*

47. Tanto menti tuæ in cœlo major erit requies, quanto modo ab amore Conditoris sui requies nulla fuerit. Lib. 4, in *Registro, indict. 13, cap. 84, ep. 40, ad Theodor. medicum.*

48. Si ad cœlestia pervenire volumus, necesse est ut passionem carnis mortificemus. Lib. 4, in *I Reg., cap. 5.*

S. NIERENTW. 49. Regnum cœlorum vim patitur: Nisi tibi vim feceris, cœlorum regna non capies. Ep. 22, ad *Eustoch.*

50. In cœlo gloria est, et perpetua laus, et indefessa præconia. Ep. 24, ad *Theodoram.*

51. Dispersæ sunt in regno cœlorum per singulorum merita mansiones; diversitas enim operum, diversitatem facit præmiorum; quantumque aliquis hic in sanctitate fulserit, tantum ibi fulgebis honore. Ep. 1, ad *Demetriadem.*

52. Ad cœlestem præmium, cœlestem vitam parat. *Ibid.*

53. Ad cœlum per aspera, per angustia, per duros anfractus sita est via; quam viam non tenet, qui tentari non vult. Ep. 6, ad *Anicim.*

54. Christiani cœlum debent amare non terram. *Ibid., 3.*

55. Multi de terra, cœli fiunt, et multi de cœlo, terra, infelix Judas cœlum fuit, et factus est terra: Paulus Apostolus eo tempore quo persequeretur Ecclesiam, terra erat; confessus est, et cœlum factus est. *Prosec.*

56. Nec qui cœlum est debet esse securus, nec qui terra est debet desperare de vita. Super *Psalm. CXXXIII, vers. ult.: Qui fecit cœlum et terram.*

57. Magna gloria est, de limo ad cœlum, de servilitate ad regnum pervenire. Super *Epistol., ad Roman., cap. 5, super illud: Sed et gloriamur.*

58. Universitas cœli palmo Dei tenetur, et universitas terræ pugillo concluditur. Lib. 1, de *Trin.*

59. Illud est verum cœlum supra omne cœlum, quod non solum cœlum cœli est, sed cœlum cœlorum. Hom. 11, super *Ecclesiast., in illud: Si ascendero in cœlum.*

60. Cœlestia termino carent, non corruptuntur infirmitate, non franguntur senio, non annihilantur vetustate. Lib. 1, de *Claustro animæ; cap. 4.*

61. Excute torporem, qui colli quæris honorem. *Prosec.*

62. Non dabitur signi, cœlestis gloria regni. Serm. 54 *Quadrage.*

63. Vensale habeo, et quid? regnum cœlorum; quibus emitur? quinque denariis; qui sunt illi? paupertate regnum, fame satietas, labore requies, vilitate gloria, morte vita comparatur. Sup. *Genes., cap. 30.*

64. Multi sunt, qui nolunt scribi in cœlo cum pauperibus, sed in terra cum divitibus, et sublimibus seculi. Sup. *Psalm. XXX.*

65. Pauperibus datur regnum cœlorum, quia minus non possunt habere, quam id quod est commune omnibus bonis, et omnium præmium generale. Sup. *Math., cap. 5.*

66. Qui pro Christo terrena abjiciunt, non statim cum moriuntur ad cœlum evolant, sed quandoque igne purgantur. *Prosec.*

67. Qui vero pro Christo moriuntur, statim in cœlum ascendunt, quia falce martyrii resecuratur quidquid purgandum erat. *Ibid.*

68. In inferno sepeliuntur Parochiani diaboli; in cœlo vero sepeliuntur Parochiani Christi. Sup. *Luc., cap. 16, in illud: Sepultus est in inferno.*

69. Nos qui non de terra in terram vocamur ut Abraham, sed de terra in cœlum, et tamen non eandem ut ille justus alacritatem obediendo exhibemus, sed frigidam plerumque et inutiles prætexitimus causas. *Prosec.*

70. Tantæ sunt homines negligentia, ut præ-

HUGO A
S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. JOANNES
CHRYSOST.

ferant momentanea semper manentibus, et terram cœlo. Hom. 31, sup. *Genes.*

71. Magnum est cœlum, sed non ita ut Angelus; decorus est sol, sed excelsior Archangelus. Serm. 1, de *Jejunii.*

72. Quid furiosius est quam, omissis cœlo, post servos fugitivos, et perditos homines, et angiportus currere? Hom. 72, sup. *Math.*

73. Gratia illa benignitas est, ut pro rebus minimis et vilissimis, cœlesti regnum homini tribuatur. *Ibid., Homil. 80, in illud: Math. 25, Esurivi et dedistis mihi, etc.*

74. Vere non habet super terram quod amet, qui bonum cœlesti in veritate gustaverit. Hom. 36 *Oper. imperf. sup. Math.*

75. Regnum cœlorum, est bestitudo cœlestis; janua ejus est sacra Scriptura. clavicularii sunt Sacerdotes, clavis est verbum scientiæ Scripturarum, adaptio est interpretatio vera. *Ibid., Hom. 44.*

76. Necessarium est, qui terrenis rebus inhiat, a cœlestibus decedat. Hom. 7, sup. *Joan.*

77. Qui cœlestia concupiscit, cum presentia nihil arbitretur, remuneratione non caret. *Ibid., Hom. 62.*

78. Præmissi delectabitur in cœlo, qui Dominum acibus piis delectaverit in mundo. Hom. sup. illud *Joan. 4: Venit hora.*

79. Homo est ipso cœlo multo melior, qui animam possidere potest pulchritudine cœli pulchriorem. Serm. 18, sup. *Ep. ad Roman.*

80. Paucis de cœlestibus satiari, imbecille animæ est. Hom. 12, sup. 1, ad *Cor.*

81. Cœlo digna operari, est quod cœlestem reddat. *Ibid., Hom. 42.*

82. Regni cœlorum desiderium, remedium est amoris. Hom. 7, sup. 2, ad *Cor.*

83. Qui cœlo privatur, quantis lacrymis iste plangendus est, si plangendus esset? Hom. 23, sup. *Ep. ad Hebr.*

84. Nemo potest eorum, qui delectantur presentibus et caducis, cœlestia contueri. *Prosec.*

85. Donec anima terrena miratur, necessario cœlestia spernit, ac despicit. Lib. 2, de *Compunct. cordis.*

86. Esto dives, hic enim et ipse volo; posside cœlum, affatim diripe, nulla hic culpa est; hic non abundare, crimen est, hic non diripere, culpa est. *Prosec.*

87. Esto illic violentus, esto rapax, non minuitur quod rapitur, sed virtus tunc augetur, dum rapis.

88. Divitiæ Dei sunt, si plures sint, qui cœlesti regno fruuntur. Hom. sup. 2, ad *Tim., sup. illud: Math., 11: Regnum cœlorum vim patitur.*

T. 1.

89. Grandes sudores perpetimur, ut ad cœlum s. ISID. HISP. conscendere valeamus. Lib. 3, de *Sam. bono, cap. 36, sent. 1.*

90. Multo præclarius est, et homine dignius, cœlum potius quam celata intueri. Lib. 6, de *Vero cultu, cap. 20.*

91. Angustus admodum trames est, per quem justitia hominem deducit in cœlum, hunc tenere non potest, nisi qui fuerit expeditus et nudus. Lib. 7, de *Divino præmio, cap. 1.*

92. Homo ideo rectus cœlum aspiciat, ut Deum quaerat. In *Epitom. divinar. instil., verbo dicam.*

93. Spernenda sunt terrena, ut cœlestibus oneremur. *Ibid.*

94. Juste, si fas est dicere, contemnentibus mundum, largitur cœlum; et voluntarie se crucifigentibus Angelorum gloria prærogatur. Part. 2, serm. de *Omnib. Sanctis.*

95. Si cœlum desideras, nihil tibi in terra sit negotii, non enim finit illud ad cœlum evolare. *Paranes. 183.*

96. Parum est bonæ conscientie conversari in cœlis, nisi et ipsa cœlum fiat. De *conscientia, cap. 1.*

97. Nemo potest connecti terræ, et jungi cœlo. Serm. 164.

98. Trine sunt distinctiones locorum, quas pro diversitate meritorum animæ sortiuntur: Cœlum, Infernus et Purgatorium. *Prosec.*

99. Ad cœlum statim evolant, qui domicilio corporis usi sunt tantquam carcere; qui defectam puramque substantiam utriusque hominis servaverunt. Serm. 59, de *S. Nicolao.*

100. Quod est in homine anima, hoc cœlum in mundo. Lib. de eo: *Quis rerum divinarum hæres sit.*

101. Cœlum in mundo, in cœlo Deus. De *Abrah.*

102. Per amplius atque perfectius erit multo quod recuperabimus in cœlo, quam quod perdidimus in Paradiso. *Prosec.*

103. In Paradiso erat peccare, et posse non peccare; in cœlo erit, omnino peccare non posse.

104. In Paradiso erat posse mori, et posse non mori; in cœlo erit, nunquam posse mori.

105. In Paradiso erat, posse impugnari, et posse non expugnari; in cœlo erit, nec posse impugnari. Part. 1, *Quomodo Christus ponitur in signum populorum.*

106. Regnum cœlorum non personis, sed virtutibus datur. Conc. 39, de *S. Jacobo, part. 2.*

107. Nihil erus sentit in nervo, cum animus in cœlo est. Ad *Martyres, cap. 2.*

108. Christiano cœlum ante patet, quam cœli via: quia nulla via in cœlum, nisi cui patet cœ-

LACT. FIRM.

S. LAURENT.
JUSTIN.

S. NILUS.

PETRUS
CELLENS.

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

PETR. DAM.

CELIO APT.

RICH. A S.
VICTORE.

ROBERTUS
BELLARMIN.

TERTULLIAN.

- lum. In *Scorpiaco adversus Gnosticos*, cap. 10.
 109. Si vis magnus esse in celo, esto parvus in mundo. *De Hortulo rosar.*, cap. 9, sect. 2.
 S. VALEBIAN. 110. Debet terrena contemnere, cui est animus caelestia possidere. *Hom. 2, de Areta vita*.
 111. Ille ad coelos opulentissimus pergit, qui a se pompam temporaria vanitas excludit. *Ibid.*, *Hom. 6, de Otiosis verbis*.
 IN VITIS PATR. 112. Porta caeli, injuriarum atque tribulationum est persessio. *Lib. 3, libell. 2, de Vita Joannis*, num. 24.

SENTENTIA PAGANORUM.

- ARISTOTEL. 113. Cessante motu caeli, cessat motus inferiorum. *Primo de Caelo*.
 114. Caelum non suscipit peregrinas impressiones. *Primo Meteor*.
 CICERO. 115. Ex omnibus premiis virtutis, amplissimum est premium, gloria haec una, cujus gradibus homines in caelum ascendere videntur. *Orat. 38, pro Milone*.
 116. Omnes sunt divites, qui caelo frui possunt. *Lib. 7, epist. 16, ad Atticum*.
 117. Nulla in caelo nec fortuna nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. *Lib. 2, de Natura Deorum*.
 118. Animos hominum esse divinos, iisque, cum e corpore excesserint, reditum in caelum patere, perspicuum est. *De Amicitia*.
 119. Si quis caelum ascenderet, naturamque mundi, et pulchritudinem siderum perspiceret; non insuavis, sed jucundissima illa admiratio sibi foret. *Ibid.*
 120. Animus profectus a Deo, caelum ipsum semper appetit. *De consolatione*.
 SENECA. 121. Subsillire in caelum, ex angulo licet. *Ep. 31*.
 TRIMEGIST. 122. Ipsum caelum plenum est Deo. *De Voluntate divina*, cui titulus *Asclepius*, cap. 2.
 VALER. MAX. 123. Videte ne dum terram custoditis, caelum amittatis. *Lib. 7, Dictor. memorab.*, cap. 2.
 Vide etiam *tit. Laqueus*, sent. 21; *Pulchritudo*, sent. 100; *Scrutari*, sent. 38; *Thesaurus*, sent. 31, 32.

COENOBIIUM.

Vide Monasterium.

COGITATIO.

- S. BERNARD. *Etymologia*. Quia in unum cogit voluntas, et facili quodam nutu copulat, a cogendo cogitatio nomen accepisse videtur. *De Vita Solitaria ad fratres*.

Definitio. Cogitatio est circa quaelibet animi occupatio. *De spiritu et anima*, cap. 38.
 Quaevis cogitatio est imaginatio, quae orbitur in mente ex perceptione sensitiva rei ejusdem.
 Centur. 2, art. 78.
 Cogitatio nihil aliud est, quam mentis agitatio. *Lib. 6, de vero cultu*, cap. 17.
 Cogitatio est improvidus animi respectus ad evagationem pronus. *Part. 4, lib. 1, de continentia*, cap. 4.
 Cogitatio est sermo, quem anima ipsa apud seipsam cogitando persequitur, de iis rebus quas considerat. *De Scientia*.

Divisio. Triplex est cogitatio, quae frequenter ab adversario immittitur; cogitatio deliciosa, cogitatio malitiosa, cogitatio ambitiosa. *Expos. 2, sup. Psalm. cxviii*, cap. 8, art. 3, vers. 6.

Comparatio. Sicut molendinum, si arena imponatur, exterminat, pix inquinat, palea occupat; sic cor cogitatione amara turbat, immunda maculat, vana inquietat et fatigat. *In Meditatio*, cap. 9.
 Sicut venter cibis repletus, extenditur; ita mens pravis cogitationibus dilatata, sublevarur. *Lib. 22 Moral.*, cap. 21.

Quomodo aures nostrae ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras, sent. 81.

Sicut pravae cogitationes hominem separant a Deo, sic bonae et pura Deo uniantur, et amore quo uniantur, enutriuntur. *Serm. 2, de S. Laurentio*.

Sicut oculus pascitur ex specie, sic animus pascitur ex cogitatione. *Lib. 4, de Arca Noe, Morali*, cap. 8.

Sicut nubes solem abscondit, ita cogitationes male obtenebrant et perimunt mentem. *Gradu 26*.

Sicut vipera a filiis in utero positus laerata perimitur, ita nos cogitationes nostrae occidunt, et concepto interius vipereo veneno consumunt, animamque nostram crudeli vulnere perimunt. *Lib. 2, de Summo bono*, cap. 25.

Sicut venenata animalia, fortiores herbas, vel pigmenta expellunt; ita cogitationes sordidas oratio cum jejunio repellit. *Lib. 3, num. 60, per totum*.

SENTENTIA PATRUM.

1. Libere sunt cogitationes prudentium. *Lib. 3, s. Ambrosii de Virgini*.
 2. Nulla mens est, quae non recipiat etiam malarum motus agrestes cogitationum. *De Noe et Arca*, cap. 10.
 3. Immunda cogitatio cum mentem pulsat, non maculat, sed hanc per delectationem superat. *Part. 3, tit. 2, cap. 2, § 3*.
 4. Semper aliquid agendum est, ne manu ces-

- sante ager nostri pectoris malarum cogitationum sensibus occupetur. *Serm. 2 Dom. 3 post Pascha*.
 5. Toties Spiritus sanctus loquitur, quoties bona cogitamus. *Serm. 2. Pentec.*
 6. Internas animae cogitationes diabolum non videre certi sumus, sed motibus eas corporis ab illo et affectionum indicis colligi, experimento didicimus. *De Ecclesiast. dogmatibus*, cap. 81.
 7. Non omnes malas cogitationes nostrae semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt; bonae autem cogitationes semper a Deo sunt. *Ibid.*, cap. 82, per totum.
 8. Cogitationes mortalium timidae sunt, et incertae adventiones nostrae. *Lib. 12, de Civitate Dei*, cap. 42.
 9. Non sunt in potestate nostra cogitationes nostrae, quae, ex improvise effuse mentem animamque confundunt, ad secularia revocant, mundana inserunt, voluptaria ingerunt, illecebrosa intexunt. *Lib. 4, contra duas Epistolas Pelagian.* cap. 11.
 10. Nullum est opus bonum, cujus non sit in mente cogitatio. *Sup. Psalm. lxxvii*.
 11. Omnia opera vel bona vel mala a cogitatione procedunt; in cogitatione quisque innocens in cogitatione reus est. *Sup. Psalm. cxviii*.
 12. Non potest fieri ut habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes; facta enim de cogitatione procedunt, nec quisquam potest facere aliquid, aut ad aliquid agendum membra movere, nisi primo precesserit jussio cogitationis. *Sup. Psalm. cxl. in praefat.*
 13. Quod sonat per linguam tuam, fecit lingua sonans, fecit animus cogitans; sed quod sonuit lingua, transit; quod cogitavit animus, permanet. *Tract. 20, sup. Evang. Joann.*, de cap. 5.
 14. Nemo habet in potestate quod event in mentem; sed consentire, vel dissentire propriae voluntatis est. *De spiritu et littera*, cap. 34.
 15. Cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, tenens et volens libenter, quae statim ut attingerunt animam respui debuerant, negandum non est esse peccatum; sed longe minus, quam si opere statuatur implendum. *Lib. 12, de Trinitate*, cap. 42.
 16. Premunt nos, sed non opprimunt; urgent nos, sed non demergunt. *Enarr. 2, sup. Psalm. xxxi, vers. 8*.
 17. Impera cogitationibus tuis, quae has principis rerum omnium. *Hom. 10, in Hexam.*
 18. Divina lex non actionem, sed cogitationem judicat. *De Virginitate*.
 19. Ratio humana quot perversis cogitationibus renititur, tot coronas coelestes promeretur. *In Proverbis, verbo Ratio*.
 20. Cogitatio in memoria est. *Serm. de Trinitate s. Bernardi plici judicio*.
 21. Male cogitationes, a diabolo immissae, cito in mentibus nostris accenduntur, carnis mollitie consentiente. *Serm. 34 Parvulorum serm.*
 22. Cor a cogitatione in cogitationem ducitur. *In Meditatio*, cap. 9.
 23. Cum de ambitione saeculi, de jactantia, de arrogantia cogitatio vana in corde versatur, de mundo est. *Ibid.*, cap. 14.
 24. Daemon officium est suggestiones malas ingerere; nostrum est illis non consentire. *Ibid.*, cap. 14.
 25. Cogitatio prava delectationem parit, delectatio consensus, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem. *De Interiori domo*, cap. 39.
 26. Cogitatio, quantum libet immunda, mentem non polluit, cui ratio non consentit. *Prosec.*
 27. Quis enim cogitationes suas ita refrrenare potest, ut non qualibet immunditia titilletur?
 28. Sed continuo talium cogitationum insultus sunt reprimeandi; ut inde sperabit se hostis vincere, per hoc magis victus abscedat.
 29. Quod fit quoties pravis et immundis cogitationibus attracti, statim ad signum crucis, ad Passionis Dominice recordationem, confugimus. *In lib. de Passione*, cap. 19.
 30. Esto pervigil sensu, ne vanis cogitationibus polluaris. *Serm. 55, ad Sororem*.
 31. Duplex malum est nequitiam cogitare, eamque tanquam bonum aliquid palam proferre. *Prosec.*
 32. Quem decuerat propter cogitationem sceleris penitere, culpam geminat, dum facinora cogitata divulgat. *Sup. Psalm. lxxxii, vers. 8*.
 33. Bonorum virorum cogitationes, lucernae sunt. *Lib. 2, Pedag.*, cap. 10.
 34. Non absentia a malis et flagitiosis actionibus eum, qui fide praeditus est, justum reddit, sed cogitationum puritas ac sinceritas. *Apud D. Joan. Damasc.*, lib. 2, *Parall.*, cap. 78.
 35. Quot malis cogitationibus anima est ducta, tot malis obstaculis in contemplatione est impedita. *In speculo Ecclesiae*, cap. 29.
 36. Malorum cogitationes tibi locum reprerint, quasi aculeis et uncis quibusdam animam figunt. *De Recta vivendi ratione*, cap. 31.
 37. Demon quot opere insolens videtur, cogitatione perimit. *De Morbo lingua*.
 38. Cogitationes malas fugiamus; cogitata enim non aliter facta censentur. *Ibid.*
 39. Noli sordidis immorari cogitationibus, ne